





dispositione pendente, e. in presentia de ven. gravare potest partes...

11 Exponitur textus in l. 3. C. Theod. quorum appel. Quorum 89.

Sed supra traditis obstat textus in l. 3. C. Theod. quorum appel. in illis verbis: Ut intelligant universi principis negotii...

minit D. Augustinus l. 3. contra Crescentium: ibi: Et 400. fallim Lucilla clarissima femina. Et l. 22. de civit. Dei, c. 8. ibi: Quasi...

C A P U T XLIV.

a Idem.

Sape contingit, quod cum ad nostram audientiam appellatur, propter defectum partis alterius, neque per se, neque per b responsalem idoneum appellationem interpositam...

NOTAE.

1 a Idem.) Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. e. 2. non tamen adjectum qui rescribat Pontifex, quia...

jure, non de facto consultor, l. cum quem, §. 1. ff. de iudic. l. perale. ad l. Flaviam de plag. l. 1. §. sed non utique, ff. ad Turpil. l. ordina. ff. ad municip. l. voluntatis, C. de fideicommissis, & Principes quidem de jure respondere solent, si credimus Bernardo...

1 Appellatione suspensa.) Ex his verbis aperte liquet, per appellationem sententiam prolatam a iudice a quo suspendi, quiescere, & dormire, quod etiam probatur ex l. qui a latoribus 13. §. fin. de testam. l. ex iudiciorum 20. ubi Glossa, verba sententia, C. de acq. et venientis 19. de iurjur. c. paterali 33. §. veritas ibi. Dormisse, e. cum inter, hoc tit. l. si causa 32. C. de transact. l. si quis iurandum 11. l. generaliter 12. C. de reb. creditis, l. final. C. veni. rescindit, l. precipitur 32. vers. Et si appellatio, C. de appel. l. ab executione 5. C. quorum appel. l. vero 41. ff. de solut. l. solvendum 15. §. si finium §. ff. qui iustitiam cogunt, l. eleganter 23. §. 1. ff. de cond. indub. l. qui cum major 14. §. accipere, ff. de bonis libert. l. C. post rem 7. l. C. post rem 8. ff. de transact. l. fin. C. sentent. rescindit, l. 4. C. de transact. docent Glossa verbo Sententia, in l. tale 41. §. provocavit, ff. de pedit. P. Gregorius l. 5. §. hinc, c. 2. num. 43. plures congesti a Menochio l. 1. de arbit. l. C. Contraria tamen opinio, videlicet per appellationem non tam suspendi sententiam, quam extingui, probatur ex l. l. §. fin. ff. ad Turpil. ibi: Provocatio enim remedium condemnationis extinguitur pronuntiatione, l. 2. §. final. ibi: Ceterum si provocet, nonnulli damnatus videtur, ff. de pedit. l. 1. §. intereo, ff. de iust. inquiri, l. si qui filio, §. Et auce, ff. de in pte ratio. Ex quibus iuris constat, per appellationem sententiam extingui. Præterea et colligitur ex textu, in l. qui major 14. §. accipere, ff. de bonis libert. ibi: Et si appellatio interposita desit. Docent Accursus in d. l. 1. §. fin. ff. ad Turpil. Glossa verbo Manes, in cap. et qui 2. qu. 6. C. Cajucius, in l. qui testamentum 14. ff. de testam.

Diffidit hoc variis modis componere intendunt repetentes in dictis iuris: mihi autem magis placet eorum sententia, qui docent, inspecto presenti statu, per appellationem sententiam extingui, suspendi vero futuro inspecto: extinguitur autem quoad presentem statum, cum exequi non possit sententia: suspenditur ad hoc, ut si is, qui appellavit, non prosequatur appellationem, fingatur nunquam appellatum fuisse, & prior sententia in autoritate rei iudicate maneat, l. fin. §. illud etiam, C. de temp. appl. ubi Gillespius verbo Manes, de appell. Clement. si appellatum 6. vob. titul. Illustrant Baldus n. 2. Abbas n. 4. Decius in presenti, n. 7. Beronius n. 4. in rubric. de appell. Idem Baldus in l. tale testam. §. qui provocavit, ubi Orosius n. 16. de pedit. Alex. num. 5. Jaso n. 9. Meneses in d. l. si causa, n. 1. Caldas Pereyra in l. si curatorem habens, Duarenus hic, Ofwaldus in not. ad Donnellum, l. 28. c. 2. Covar. practica, c. 23. Paz in practi. 6. p. 1. tom. in proem. n. 12. Azovédus in leg. 1. titul. 18. l. 4. rescriptar. Ex quibus audiendi non sunt Alex. ibi, n. 12. Duarenus in leg. 1. ff. de re iudic. & alii dum docent, attento futuro statu sententiam suspendi, quia prior sententia potest a superiori confirmari: que ratio falsa est, & aperte convincitur ex textu in leg. sacri 6. §. 1. ibi: Hodie notari puto, ff. de his, qui not. inf. Præterea confunditur, nam si prior sententia confirmetur, actio iudicati non oritur ex sententia prima confirmata, sed potius ex secunda confirmata. Glossa verbo talis, in d. §. 1. C. verbo Constitutum, in leg. 6. de appell. per appellationem enim prima sententia extincta est, que reviviscit, si postea confirmetur, leg. qui res 28. §. arcam, Dig. de solut. Unde actio iudicati nascitur non ex prima, sed ex secunda sententia confirmata, ut probant repetentes in d. l. 1. Dig. de re iud. qui exponunt textum in leg. 1. §. qui iudicio publico, leg. sacri 6. Dig. de his, qui nota. infam.

X Quicquid autem.) Ut si adversa valetudo, majoris causa occupatio, vel similis causa allegatur, l. contumacia, §. 1. ff. de re iudic. probavi late in cap. 1. ut lite non concess.

C A P U T XLV.

Idem a Lemovic. & Cantuar. Episcopo.

Continuus in b presentia nostra dil. fil. G. Archid. e Claromonten. Ecclesie nobis exposuit, quod olim Claromonten. Decanatu vacante, Abbas, Cantor, & quidam Claromonten. Canonici in ven. fratrem Claromonten. Episcopum transfulerunt vota sua, & Episcopus cum quibusdam aliis expresse consententibus in Archidia. eidem contulit Decanatum, undecim tantum Canonici prius appellantes, ne quis assumeretur præter assensum omnium in Decanatu; cum in electionem ejus xxv. tum pro se, tum Episcopo medio consentent. Cumque dil. fil. P. tit. sancti Marcelli presbyter Card. tunc Ap. Sed. Legatus per partes illas transmitteret ad nos causam, dil. fil. Francis e Illidii, & sancti Andreæ Abbatibus examinationem delegavit ipsius, & mandavit eisdem, ut partem contradicentem electioni Decani citarent ad ipsum, contradicentis sue causam in eius presentia essenturam. Et infra: Intellecto igitur per assensum Card. prædicti, quod sub ea forma fuerat appellatum, ne scilicet præter assensum omnium procederetur in electione Decani, atque appellantes appellationi infra 9. annum non fuerant prosequuti, nec erat propter quod eis esset biennium indulgentium, cum tunc bis infra tempus legitimum simplicem nuntium ad Sed. Ap. defuerant, sic possissent saltem rem per procuratorem idoneum destinasse: ne tamen b peremptorias exceptiones ex eorum parte propositas videamur sub silentio præterire, f. v. per A. G. m. quat. inquiras diligentis veritatem de his, & si vobis contingeret Archidia. facti Episcopi, ex quo nititur, sponte renuntiasse, vel prædictum Episcopum ad electionem ipsius, prætermittis prædictis, sive quibus in illa translatione voluntatum, ex qua Archidia. niteatur, actum proponitur, ne procederet, processisse, et super Decanatu ipso silentium imponatis: alioquin nominatim, seu electionem taliter factam de alio, & quicquid fuerit factum ex ipsa sublati appellationis obseculo denunciatis auctoritate nostra, irritum, & inane.

NOTAE.

1 a Lemovic.) In tertia collectione, sub hoc titul. esp. 3. legitur Lemovicen. & Cantuar. in: in sexta autem habetur Lemovic. & Cantuar. quoniam electionem retineret Alcesteria hic; sed legendum est Lemovicen. & Cadurcen. ut jam notavit Garz. in prel. De Ecclesia Lemovicen. nonnulli notavi in c. 17. de notat. C. delect. Cadurcen. autem est civitas Aquitaniae prima Metropolis, de qua agit Papius Maffontus in descripto Gallia per Romanos, fol. 577. & Plinius l. 4. lib. 12. inquit: Narbonensis Provincia continet nobiles Aquitanie urbes emiserunt ad Aimoyno l. 1. c. 4. olim habuit florentem Academiam, ut refert Alcesteria lib. 1. c. 1. verum Aquitan. c. 8. Habet Ecclesiam Cathedralen, de qua, & eius Præsulibus plura consenserunt Fratres Samaritan. r. 2. Gall. Chron. fol. 466. Guillelmo III. eius Præsul. referribit Innocentius in presenti. Nec omittendum est, Episcopos Cadurcen. temporalem exercere jurisdictionem, ideoque Comes Cadurcen. appellatur, ut probat Renatus Chopinus de sacra potest. l. 2. tit. 1. c. 13. b In presentia nostra.) Casus enim ita contingit, vacante Decanatu Claromonten. Ecclesie, cujus collatio spectat ad Capitulum ipsius Ecclesie, quidam Canonici vota sua in Episcopum transfulerunt, ita ut quem ipse eligeret, suffragio suo electus conferretur: hac tamen lege adjecta, ut inconfil-

tis ceteris Canonici, qui in eum suffragia sua non transfulerunt, Episcopus ad electionem Decani neutiquam procederet: sed re integra, cum ipsi Canonici, qui vota non transfulerant, timerent ne Episcopus ipsis inconfilatis ad electionem procederet, appellarent ad Rom. Pontificem, sed Episcopus neglecta appellatione Archidiaconum in Decanatu elegit, & cum ageretur de nullitate ipsius electionis, Pontifex causam cogitationem commisit Abbatibus sancti Andree, & sancti Illidii, a quibus causa inducta postulat fuit ad Innocentium III. qui rescribit Lemovicen. & Cadurcen. Episcopis in presenti, ut si commoverent, post appellationem electionem Decani factam fuisse, illam nullam esse pronuntiant, utpote factam appellatione pendente, & contra formam compromissi in Episcopum facti.

c Claromonten.) De qua Ecclesia, & de hac electione nonnulla addaxi in cap. venient 38. de reb. lit. s. quod etiam ad presentem speciem spectat.

d Appellationibus.) De effectu hujus appellationis extrajudicialis, ne ad electionem procedatur, egi jam in c. 1. hoc tit. e Sancti Illidii.) Quod Monasterium Ordinis est D. Benedicti, ut refert Tambur. in serie Abbat. verbo Lemovicen. f Sancti Andree.) Que Abbatia est Ordinis Præmonstrat. g Infra annum.) Juxta adducta in c. personar. hoc tit. ex cujus commentario prærens petendum est.

C A P U T XLVI.

Idem a Cancellar. Metens.

Continuus in presentia nostra dil. fil. I. Decano Ecclesie sancti Salvatoris Meten. & D. Scholastico ejusdem Ecclesie tue procuratorem, benignam curavimus audientiam indulgere. Fuit autem ex tua nobis parte propositum, D. D. Gorzal. in Dier. tit. Tom. II.

fitum, sicut etiam ven. f. n. Meten. Episcopus per suas etiam nobis literas intimavit, quod sancti Salvatoris Praeposita vacante, die electionis praefixo, intelligens praedictus D. Episcopus, in duas partes fratrum vocavit. Et in...

NOTA

1 a Cancellario. Ita etiam legitur in tertia collectione sub hoc tit. c. 4. De Cancellarii dignitate nonnulla con-

tra adducta in capite. h. tit. Cui difficultati respondendum est, omnia vultu solutionibus traditis ab Hofiensi, Ab-

CAPUT XLVII

Idem a Vigor. Episcopo.

EX parte tua fuit propositum coram nobis, quod, cum inter Anglicos, & b Vualles sint e inimicitie man-

NOTA

1 a Vigor. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 5. Maugerio videlicet eius Ecclesiae Praelato...

COMMENTARIUM

1 Qlibet citari debet ad locum, in quo commode comparere possit, & abique ullo corporis, seu honorum...

CAPUT XLVIII

Idem P. Episcopo, & Decano, & Praetori a Herfordensibus.

Significavit nobis dil. fil. I. Magister b Hospitalis Eboracen. quod cum P. quondam Rector Hospitalis ipsius...

NOTA

1 a Herforden. Ita etiam legitur in tertia collectione, sub hoc tit. cap. 6. ex qua integram textus restituo.

que agroti. Huic domui tam sanctae tota est Provincia, pietatis causa numerum quandam frumenti, aut frugum...

